



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Hedwigis Ducissa. 15. Octobris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

VITÆ SANCTORVM. 15.Octob.
virgo vixit DOMINICVS, & ut tales vos vivatis,
Sodales Parthenii, testamento arma vobis sua le-
gavit. Ex Lippeloo.

Optimè poenitet, qui dum carnem verberibus mactat,
lucrum, quod delectatione carnis amiserat, afflictionibus
recompensat, & salubrem illi nunc amaritudinem inge-
rit, cuius olim noxiâ delectatione peccavit. S.P.Dam.
1.5.epist.8.

S. HEDWIGIS DUCISSA. 15.Octobris.

Hegium te gynæceum introducimus. tamen
terreare, si ad limina pauperes excubent: HED-
WIGIS intus habitat, quæ ex illustri Andecen-
sium Comitum & Tyrolensium stirpe Henrico
Polonorum Duci nupta, primos annos liberis
procreandis, reliquum deinde vitæ tempus, non
invito conjugé, castitati dedit, maluitque à pau-
perum jam turbâ, quam Regum mater dici. Exil-
lis tredecim quordiebus mensæ adhibuit, flexo
poplite in iis Christum ac duodenos Apostolos
adorans. Ajunt multos ex i., impositâ capiti VIR-
GINIS MAGNAE icunculâ, valetudini restitutos ab
HEDWIGE. Certè inventam VIRGINIS effigiem
multis ab obitu annis inter digitos tres primores
eosque integros asseverant, magno sive HEDWI-
GIS in VIRGINEM, sive VIRGINIS in HEDWIGEM
voluntatis testimonio. Porrò tam dura sibi, quam
benigna aliis, pedes ferè nudos etiam hyberno
tempore circumferebat, indormiebat asperibus,
corpusculum & ipsa verberabat, &c, quod pauci
volunt, verberari ab aliis volebat. Sacerdotibus,
quotquot denique faciebant, quotidiè omnibus
assistebat, nullas alias voluptates umquam sectata,
quam quæ preces inter animum demulcebant:

qua-

16.0
quar
prod
suo i
cùm
préc
rum
gress
aliar
Princ
non pa
supiur
rum.
menta
epist.

G A
n
gistr
mnat
di: i
purga
tum s
mini
reliqu
potiu
ille im
pit. T
mune
mini c
quam
buit. V
lere G

16. Octob. VITÆ SANCTORVM. 505
quarum quidem ingens argumentum fuere nunc
prodigiosus in vultu splendor, nunc cum animo
suo in aërem etiam corpus abreptum. Et fuit,
cum sic precanti ē cruce benè ultro Christus
præcaretur, & rata omnia vota ejus haberet. Ho-
rum scilicet compendium cælum erat, quod in-
gressa est HEDWIGIS inter Theclæ & Catharinæ
aliarumque Virginum comitatum, ut & tunc
Principem crederes. Ex Surio.

Qui ad cælestes nuptias firmæ spei gradibus festinas,
non parvam partem substantia in tuto loco repone: mar-
supium autem sinus est pauperum, sustentatio misero-
rum. Hoc est fidele depositarium sine ullo prorsus detri-
mento, quod suscepereat redditum. S.Pet.Dam.l.8.
epist.14.

S. GALLUS ABB. 16. Octobris.

GALLVS ad Laci Brigantini incolas Columba-
no duce venit, quem in literis & pietate ma-
gistrum habuit. Hic permultis auctor fuit, da-
mnata superstitione, ad Christi partes transeun-
di: ipse antra silvasque à colubris & lemuribus
purgatas melior hospes cœpit incolere, commea-
tum sæpius cælo suppeditante. Et fortè preces Nu-
mini faciebat, cum ursus adfuit pauperis cœnæ
reliquias populaturus. Sed jubet GALLVS lignum
potius fur comportet, eoque focum foveat. Facit
ille imperata, & in laboris stipendum panem ca-
pit. Tum Divus cum eodem ita paciscitur, com-
munem uterque montem haberent, cæterum ne-
mini deinceps mortalium ursus noceret. Has in-
quam leges homo tulit, & sacro sanctas fera ha-
buit. Vedit hoc & invidit orcus, omniisque vi pel-
lere GALLVM est aggressus. Sed facile hic iterum

Y

ia